

Latein-Buchtipps

20. Juli 2010, 8:00 Uhr

De Bello Troiano

Fabula et veritas



Barry Strauss: "Der Trojanische Krieg. Mythos und Wahrheit" Konrad Theiss Verlag GmbH Stuttgart 2008

Recensuit: Volker Lütjens

Berry Strauss auctor Americanus in hoc libro de bello Troiano a Helena rapta usque ad Troiam deletam narrat. Quod fecerunt et alii ante hunc, in his Gustav Schwab ille narrator fabularum Graecarum. Sed in hoc libro legimus, quae tum facta sint, quae fuerit vita non tantum heroum, sed omnino vita hominum illis temporibus, quae aetas aenea dicitur.

Ad id auctor saepenumero carmina Homeri affert, saepenumero inscriptiones et Asiaticas et Aegyptias; etiam studiis archaeologorum novissimis nititur. Berry Strauss quamquam historicus est, non more hominis litterati, sed potius more narratoris scribit; qua re efficitur, ut hoc librum magna cum voluptate legas.

Barry Strauss: "Der Trojanische Krieg. Mythos und Wahrheit." Konrad Theiss Verlag GmbH, Stuttgart 2008, 24.90 Euro

[Der Trojanische Krieg](#) 
Mythos und Wahrheit

Quelle: <http://www.radiobremen.de/nachrichten/latein/buchtipps/latein/strausstrojanierkrieg100.html>